AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521

Seite 49r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

me suum feci. ut plures
lucrifacerem: quia tamen propter
auctoritatem regiminis. est.
honorandus a subditis. E. Lec.
Honore coram vobis pla
Prelato scilicet tus sit vobis
honorem deberet. quia vices
christi in monasterio tenet
iuxta quod dominus pastoribus
ait. Et qui vos audit me
audit: et qui vos spernit me
spernit. Debent ergo servi
dei suum honorare ma
gistrum. quem propter amorem dei
suscepit magisterium.
Qui tamen quanto plus hono
ratur exterius. tanto oportet
ut deum timeat amplius.
atque seipsum despiciens
coram quibus honor impenditur.
sibi in cogitacione proponat.
Unde subiunctum est. Ti
more coram deo substratus sit
pedibus vestris. Hinc
scriptum est. Quanto mai
or es. humilia te in omnibus
Et iterum. Ducem te constitue
runt. noli extolli. sed esto
in eis sicut unus ex illis. Et do
minus in ewangelio. Omnis
qui se exaltat humiliabitur. et
qui se humiliat exaltabitur.
Tanto quippe maior est apud
deum. quanto humilior apud
semetipsum. Tu a. Lectio.
Circa omnes seipsum bon
orum operum prebeat exemplum.
Sicut eis precedit ordine
ita eos precedere debet sancti
tate. ut eius exemplo discant
inquieti. qualiter vivere debe
ant. Corripiat inquie
tos. consoletur pusillani
mes. suscipiat infirmos.
paciens sit ad omnes.
Qui locum tenet regiminis